

resipiscendi nanciscantur, Rom. II, 4. Matth. V, 44. Rom. XII, 20. Luc. VI, 27.

(2) Sicut Cananai non unâ vice tollebantur omnes, sed successivè; Exod. XXIII, 28. Deut. VII, 20. ita Deus lentè punit malignos, ut eò evidentiora apud plures persisterent iustitiæ monumenta.

(3) Oblivio pessimum post liberationem vitium. L. de Ingratit.

(4) Etiam concives nostri, (populus meus,) ecclesia verè membra, laborant oscitantia & oblivionis morbo.

(5) Vagabundus Cain, bodieque Judæi republ. propriâ destituti, insigne maledictionis exemplum præbent. Distingue tamen hic inter exilia fidelium, & relegationes vel exclusiones ingratorum seu refractariorum.

(6) Deturbatio à priori felicitatis fastigio sequi solet exaltationem sui propriam, nec non eminentiæ abusum: Luc. I, 52. XVIII, 14.

(7) Deus piorum Clypeus ac Protector optimus.

USUS E VERSU XIII.

(1) De lingua vitii vid. præc. II. & VIII.

(2) Ut pro lubitu ferociant jam mundani, brevi tamen horum instat illaqueatio: imò tenentur jam à Satanâ constructi: 2. Tim. II, 26.

(3) Fastus certò post se trahit ruinam, vid. præc. I.

(4) De Execratione mendacioque præcept. II. & VIII.

USUS E VERSU XIV.

(1) Cum incorrigibilitas in hostibus palàm est demonstrata, sequitur absumptio totalis. Sicut v. 12. dicebatur: ne interficias eos, ita jam subjicitur: confumme. Fit hoc in morte, quando inter mortales esse desinunt, cum nemini porro nocere, nec scandalum etiam aliis præbere queunt. De lentâ quorundam absumptio-

PSALMI LX. DISPOSITIO.

Adjutor in necessitate. Ira Dei momentanea.

Liberas: felix sum.

Post titulum, quâ autor, occasio, ac tempus hymni exprimitur (v. 1. 2.) attendenda.

I. Dei imploratio, ut (1) reficiat suos, postquam rejecerat, laceraverat, indignatus fuerat: v. 3. (2) restauret terram, commotam, diffusam, vacillantem: v. 4.

II. Præsens statûs per verba tam propria, quàm tropica commemoratio: ubi (1) dura populi tractatio: v. 5. (2) potionis acerba præbitio, ibid. (3) vexilli benigna erectio, idque ob veritatem divinam asserendam: v. 6. Annectitur denuò suspirium: (a) *Salvanos dextrâ tuâ, exaudi nos*: (b) *finis: ut dilecti tui eripiantur*: v. 7.

III. Spei conceptæ expositio: contrâ (1)

ne, dum sensim tabescunt opibus, honoribus, familiis &c: piè judicandum ex hoc aliisq; textibus.

(2) Fructus hujusmodi pœnarum est, cognitio imperii seu dominatus divini, quem ipsimet intererunt antea negarunt, vel in dubium tamen vocarunt, aliisque mundani non adeò reverenter attenderunt.

(3) Dominium Dei non tantum in Jacob, sed ad extremos terræ habitabilis limites extenditur, Psal. XXIV, 1. Huc regnum gratiæ & potentiæ.

USUS E VERSU XV.

Iidem resultant usus, qui è septimò.

USUS E VERSU XVI.

(1) De divagatione dictum v. 12.

(2) Fames, sive corporalis, sive spiritualis, ingans ingratorum pœna.

(3) Edere, sed absque saturatione, maledictionis divina indicium Lev. XXVI, 26. Hag. I, 6.

(4) Murmurare præ impatientiâ, est peccata peccatis addere.

USUS E VERSU XVII.

(1) Canendum est Domino mente humili, bilari, constante, & manè, & vesperi, imò omni ac totâ die, eaque tam infausta, quàm prospera, vid. præc. II.

(2) Laudanda est Dei potentia, gratia, defensio benigna, &c.

(3) Perfugium apud Deum datur securissimum.

USUS E VERSU XVIII.

(1) Robur nostrum à Deo & in Deo.

(2) Asylum & gratia Dei nunquam depradicari satis possunt.

(3) In mediis periculis accingamus nos ad gratitudinem certo exsolvendam. Spes.

origo: Deus locutus est in sanctuariò suo: v. 8. (2) actus: tum præsens, exulto: ibid. tum futuri: (a) *distribuam Sichem*, (b) *dimetiar vallem Succoth*: ibid. (c) *mea erit Gilead*: v. 9. item (d) *Manasse*: (e) *Ephraim*, tanquam *robur capitis mei*: (f) *Juda*, tanquam *legifer meus*: ibid. (g) *mea erit Moabitis*, tanquam *olla lotionis*: v. 10. (h) *Idumea*: nec non (i) *Philisthæa*, ibid. (k) *in urbem munitam, ad Idumeam usque, deducar à Deo*, qui hætenus nos rejecerat, nec cum exercitu nostrò processerat. v. 11. 12. Inspertur suspirium pro auxilio, agnitâ humane salutis vanitate: v. 13. (l) *cum Deo erimus victores*. v. 14. (m) *ipse hostes angustiatores concalcabit*: ibid.

PSALMUS LX.

EXPLICATIO VERSUS I.

יְשׁוּעָה Super hexachordo;) Lutherus: von

einem güldnen Rosenspan (oder Kleinod i. e. de regnò Davidis) prius: von der Rose des Zeugniss. Nomen hocce singulare cum schurek, præter hunc